



TRIGA
P O E M A T Ū M

Qua representantur

I.
ENCOMIUM
GUSTAVI ADOLPHI
Christianissimi quondam Regis Suecia,
Immortale
ET
Hes oibus omnibus
Imitandum,

II.
TRIUMPHUS
De
Christiano Christianissimi
SVECI NOMINE
Grammaticè declinatò,
Rhetoricè delineatò, &
Poeticè elaborato,

III.
EPITAPHIUM
Regis ejusdem
Pro libertate Christiana
heroicè pugnantis,
& in conflictu nuper
cum Ligistis acerrimò
propè Lucenam
VI. Novemb. Anno M DC XXXIII
piè animam exhalantis,

Magnifico, Amplissimo, Consultissimo, & Prudentissimo

V I R O

Dn. FRIDERICO MAYER,

Hæreditario in Plaußigt/ Electoralis Scabinatus, qui Lipsiæ est, Assessori gravissimo,
& Reipubl. Lipsiensis Consuli Seniori & p. t. Regenti meritissimo,

Necnon ceteris

Confularis & Senatorii Ordinis VIRIS, Magnificis, Excellentissimis,
Consultissimis, Amplissimis & Prudentissimis,

DOMINIS, Patronis & Mecanatibus suis jugiter colendis

in Observantia
& Promotionis
humiliter dedicata
& oblata

GEORGIO CRAMERI SS. Theol. & Philolog. Stud.

I.
Regis vita pii GUSTAVI transit A-
DOLPHI,
Sed pietas, virtus, lausq; fidesq;
manent.
Regis cura boni GUSTAVI cessat A-
DOLPHI,
Sed cessant nullò nomen honosq; die.
Regis facta pius GUSTAVI quisquis ADOLPHI
Laudat, & illius funera quisq; dolet.
Regis facta bonus GUSTAVI nullus ADOLPHI
Culpat, & illius vulnera nullus amat.
Sueci vita pii cunctis in Regibus esto,
Ut maneant pietas jusq; fidesq; diu.
Sueci cura boni cunctis in Regibus esto,
Aurea libertas ne cadat, atq; decus.
Sueci facta pii Reges imitentur & ornent,
Pugnent pro Lege, & pro Grege bellagerant.
Sueci facta boni Reges meditentur & optent,
Non timeant hostem: pro Grege facta petant.
Fiat: & ut fiat, det, qui dat prospera nobis,
Grex unus fiat: fiat & una fides!
Est unus veluti Baptismus, & omnibus una
Cœna Dei: sic mens omnibus una fiet.

II.
SUECUS prob obiit! vivit post funera SUECUS,
SUECI mors vita est: in cœlo est mens pia SUECI,
SUECO Saxo favet: favet & Pomerania SUECO,
SUECUM Gallus amat: veneratur & Anglia SUECUM,
SUECE, cadis ferrò: cadit haut tu gloria, SUECE,
A SUECÒ laus est: bis ab hoc victoria SUECÒ,
2. ΚΑΛΩΣ.
SUECUS erat Gideon noster: nostra anchora SUECUS,
SUECI mors nota est: nota est laus bellica SUECI,
SUECO debentur laudes, & marmora SUECO,
SUECUM Teuton ama: Saxo quoq; dilige SUECUM,
SUECE manet tua laus: maneant tua nomina SUECE,
SUECO Liga cadit: libertas stat Duce SUECO,
3. ΚΑΛΩΣ.
SUECUS erat Domini: Domino dabat omnia SUECUS,
SUECI meta Deus: Christus spes unica SUECI,
SUECO palma data est: merces data maxima SUECO,
SUECUM culpet Erys: laudat Germania SUECUM,
SUECE vale: requies tibi sit dulcissima, SUECE,
SUECÒ Papa ruit: Papatus desine SUECÒ.

III.
Rex mortalis eram: mortalia pectora rexi,
Mortali colui calica carne bona.
Hæres nunc ego sum cœli, cœlog, JEHOVAM,
In tuor, mortis nescius atq; mali.
Rex hic fortis eram, timui nec tela, nec hostes,
Regio chara fuit: religioq; fuit.
Nunc Regis Regum sum: sum Domini Dominorum,
Qui me ruit regit: qui tegit ossa mea.
Rex sincerus eram: sincerè qualibet regi,
Os sine fraude fuit: cor sine fraude fuit.
Inter sinceros nunc sum, sinceraq; cerno.
Nunc sanctè vivo: nunc quoq; sancta colo.
Qui mortalis eris, rege sic mortalia corda,
Mortali ut quæris calica carne bona.
Hæres sic & eris cœli, cœlog, JEHOVAM
Aspicies, lethi nescius atq; crucis.
Quisquis bella geres, metuas nec tela, nec hostes,
Regio chara fiet: religioq; fiet.
Sic eris & Regis Regum, & Domini Dominorum,
Qui te ruit reget: qui teget ossa tua.
Qui sincerus eris: sincerè fac faciendam,
Os sine fraude fiet: cor sine fraude fiet.
Inter sinceros eris, & sincera videbis,
Sic vives sanctè, sic quoq; sancta coles.
Chare Vator abi: pia SUECI funera luge,
Vitam imitare, animum respice, facta tene.
Disce malos vitare: bonos defendere disce,
Vivere disce piè: cum bene disce mori.

X P O
Vt DeVs est VnVs, sIC Mens sIt ReglVs Vna.
2. ἕκαστος.
AVtor Vt est VnVs, sIC Mens sIt Vna fIDesqVe.

NO ETI-
SveCVs In aternVM VIget: Is post fVnera DVrat,
2. ἕκαστος.
SveCI fIDes, VIRTUs, ferVoreqVe notent Vr.

X A.
Grata fV It Mea VIta: DeVs ReX Charlor aVo.
2. ἕκαστος.
HVIVs & ILLIVs DIVI Ant preMIA VIta.

L I P S I Æ,

Exprimebat JOHANNES-ALBERTUS MINZELIUS, ANNO M. DC. XXXIII.

TRIGATAUM

Qua representantur

I. ENCOMIUM GUSTAVI ADOLPHI Christianissimi quondam Regis Sæcie,

II. TRIUMPHUS Christiano Christianissimi SVEVICI NOMINE

III. EPITAPHIUM Regis ejusdem Pro libertate Christiana heroice pugnantis, & in conflictu nupero



Hereditario in plaussig/ Electorais scadinatus, qui Lipia cu, amchiori gravissimo, & Reipubl. Lipsiensis Consuli Seniori & p. t. Regenti meritisimo,

Confularis & Senatorii Ordinis VIRIS, Magnificis, Excellentissimis, Confultissimis, Amplissimis & Prudentissimis, DOMINIS, Patronis & Mecanibus suis jugiter colendis

GEORGIO CRAMERI SS. Theol. & Philolog. Stud.

I. Regis vita pii GUSTAVI transit A-DOLPHI, Sed pietas, virtus, lausq; fidesq; manent.

II. SUECUS prob obiit! vivit post funera SUECUS, SUECI mors vita est: in caelo est menspia SUECI, SUECO Saxo faves: faves & Pomerania SUECO, SUECUM Gallus amat: veneratur & Anglia SUECU,

III. Ex mortalis eram: mortalia peccora rexi, Mortali colui calica carne bona. Hares nunc ego sum cæli, calog; JEHOVAM, Inveor, mortis nescius atq; mali. Rex hic fortis eram, timui nec tela, nec hostes; Regio clara fuit: religioq; fuit.